



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. X. Epilogus dictorum omnium utroque libro.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

A voces illas ingemunt: *Dicam Deo, noli me condemnare. Job 6. 10.*
 Jam dicam, hodie dicam, hac ipsa hora dicam, idque v. 2.
 millies iterumque millies repetam: *Noli me condemnare.*
O iudex aequissime! Et nunquid eodem Jobo teste, qui, item c. 34.
non amat iudicium, [anari] potest. Tu ergo tuum ama iudi-
cem, et memento iudicii. Magna peccati pœna est, fu-
turi iudicii memoriam perdidisse. v. 17.

utroque libro.

Ego, mi Lector, ita vivere conatus sum hæcætenus, ut nemini metuendus, nemini hostis, neminem vel minimum turbare aut etiam lædere, non hostiliter in me agunt alii? Ego meis me chartis involvo, nec aliud scitum, quam *Patientia* objicio. Hoc ipso anno tam belluoso ac turbulento, ego cum Archimede in meo pulvere circinãdo volutatus, Tribunal Christi, quod ante annos sexdecim dictione proposui, nunc literis configno, & scripto in orbem evulgo. Atque una omnes, per Dominum Jesu amorem obsecro, non ita curemus corpus, ut animam negligamus. Res terræ & temporis in minimis habenda sunt: Vivamus Aternitati. Quid pupas & crepundia sectamur, quid fortunas & aurum struimus? Tribunal cogitandum, parandum illi animus, celum inagandum est. Quæso, ne nimium pueri simus, & in formam perniciem nostram seduli. Studiofius animum ornemus, quam corpus; supremi Tribunalis potius, quam truenti Martis incursiones formidemus. Bellorũ turbem his annis multi declinarunt; Tribunal judicis supremi effugiet nemo. Jam nostrum omnibus propinquum, in ad fores, jam proximum est. Hæc hæcenus lingua calamo fidelis, puro, monitor. Sed apponamus clau-

§. I.

A Nno Christiano millesimo quingentesimo quinquagesimo nono populabatur pestis Geldria. Eo tempore Arnoldus Hubertus natus, sed, contra quam solet hoc hominum genus, optima vite, nocte quam moneri divinitus sibi videbatur, uxorem ergo excitans: Surge, inquit, ego vocor. Mox ante lucem ad templum una properant, & dum fores referantur, inter preces expectant. Admissi templo in preces ruunt. Sacramentis animum Arnoldus expiat. Ubi domum rediit, animo linqui cepit, & a sensibus alienari. Triduum ita jacuit, ut dubium fuerit, visis an morituris annumerandum esset. Demum ad se rediens: Ubi, aiebat, fui, quæ & qualia vidi? Ab hoc tempore detinebatur affixus lecto, semestri spatio aeger. Homines opulentos ac nobiles, ut ad se revirescent vix admittebat, ridentes aut inania loquentes circa lectum non ferebat. Illud identidem usurpans: *Nunc tempus nugandi non est.* Ab hominibus plebeis & simplicibus adiri se non vetabat, quo eos facilius Dei tempore imbueret. Nam & istud sæpius ingeminabat: *Vbi fui, quæ & qualia cognovi: Nunc*

*Tilmannus
Bredlenbach,
Theologus.
8. coll. sacr.
c. 14. & ml.*

тсүгтэ

Docet nos quotidie Tutelarīs Angelus inferorum
præcipitā cavere, iter ad cælum intendere, et iraiudiciū
vultum timere. Hæc multis inania sunt monita; nec illi
ad præcipitiū recedunt, nec iter ad cælum eligunt, nec
iudicem venturum metuunt: Non monitores Angelos
audire, non Angelorum Dominum, nosse volunt. Perge
infans! Cognoscetur Dominus iudiciā faciens: Ni-
mirum quod Salomon prædixit: Viri mali non cogitant
iudiciū; qui autem inquirunt Dominum, animadverunt
omnia. Qui sollicitus cum Deo suo ambulat, quotidie

revera non est nugandi tempus. Minutum illud est, sed mi-
rum, toto quo decubuit semestri, unguis agroti non
fucereville. Exactis sex mensibus morte placidissima,
velut obdormiens defunctus est. Hæc mihi, ait scri-
ptor, Jurisconsultus vir doctissimus ac integerrimus
Arnoldi cognatus optima fide retulit, quæ ipse specta-
vit & audiit.

Oraculum credamus monitam illud saluberrimum:
Nunc tempus nugandi non est. Ipso mortis momento ra-
tionem reddidit sumus de totius vitæ cogitatis, dictis
ac factis, & jam dum vivimus, hujemur?

Augustinus non aliâ re potentius intra recti limites
se coercitum asseverans: Nec revocabat me, inquit, à pro-
fundiore voluptatum carnalium gurgite, nisi meritis mortis, &
futuri iudicii tui, qui per varias quidem opiniones, nunquam
tamen recessit de pectore meo. Idcirco idem unumquemque

nostrum monens & vellicans: Diserte, inquit, conscien-
tiam tuam, ascende tribunal mentis tue; noli tibi parcere,
examina te, loquatur tibi medulla cordis tui, vide utrum audeas
innocentiam profiteri. Ergo jam bene vive. Cras, inquit, bene vi-
vam. Indulgentiam tibi Deus promissit, crastinum diem tibi ne-
mo promissit. Si male vixisti, bene vive jam hodie: Scilicet, hac
nocte auferetur à te anima tua. Non dico, quæ preparasti, cuius
erunt: sed secundum quod vixisti ubi eris. Corrige ergo te.

Dulcis & rectus Dominus. Amas quod dulcis est, time quod
rectus est. Tancquam mansuetus dixit, Tacui: sed tancquam ju-
stus, numquid semper tacebo? Misericors & miserator Domi-
nus. Ira planè. Adhuc adde, longanimis, adhuc adde, & mul-
tum misericors: sed time quod est in visissimo & verax. Quos
enim modo sustinet peccantes, judicaturus est contemneres.
Largitur tibi spatium correctionis, sed tu plus amas dilationem
quam emendationem. Malus fuisti heri: hodie bonus esto: ho-
diernum diem in malitiâ peregristi: vel cras mutare. Semper
expectas & de misericordia Dei tibi plurimum polliceris: quasi
ille qui tibi per patientiam promissit indulgentiam, promiserit
tibi etiam prolixioram vitam. Unde scis quid pariat, crastinus
dies? Quando veniat ultimus dies, nescis.

Vox Dei est ad te: Delevi quod commisisti: securus
de præterito, cave de futuro; observa quod præcep-
ti, ut invenias quod promissi. Revera tempus nugandi
non est. Interim nugamur sæpissimè, & vitam exigi-
mus inter crepundia. Judicium impendens toties oc-
centari nobis audimus, & nihilominus, telam quam orbi
sumus, perseverantia improbâ perteximus.

§. II.

Memoria est, ævo superiore in Zelandiæ urbe
Zythopaxium mortuum & in sandapilâ domi-
sue collocatum esse. Dum funus cogitatur & exequi-
defunctus reviviscere, in feretro se movere, vetricum
asserem pullare cepit. Filii qui tum soli eo loco ad-
erant, inexpectato sonitu exterriti, matrem inela-
mant, & patrem in loculo pulsare vociferantur. Ma-
ter pueriles animos vano terrore decipi rata, aliquam-
diu nec loco se movit. Cumque pueri non desisterent
eadem clamare, accessit demum, & ipsa clausum ca-
daver, & auditus pulvis sandapilam aperuit. Et en
defunctus, rigit sese redivivus. Accursus hominum
frequens ac varius: Omnipium interrogatio fuerat: Ubi
fuisset interea temporis, aut quid vidisset? Ille hoc
unicum respondit: Si dixerò vobis, non credetis. Nec ipse
illis deinceps popularibus oblectamentis se dedere su-
stinuit. Jam non esse nugandi tempus moriendo didi-
cit, & ideo risum & voluptatem inter hostes numera-
vit. Quod de Lazaro Christi amico in vitam revocato
ferunt, cum omni vitâ reliquâ nunquam amplius ri-
sisse.

Risus in
hac vitâ
importu-
nus.

Hanc gaudiorum temperantiam Ecclesiastes regius
exemplo suo approbans: Risum, inquit, reputavi errorem,
& gaudium dixi quid frustra deciperis: Cor sapientum, ubi tri-
stitia est, & cor stultorum, ubi lætitia. In rem optime beatus

Gregorius: A paradisi gaudiis, inquit, per oblectamenta dis-
cessimus, ad hæc per lamenta revocamur. Unde necesse est, ut
semper pavidi semperque suspecti, ponamus ante oculos cordis,
hinc culpas operis, illinc iudicium extremae distributionis. Pense-
mus, quam districtus iudex veniat, qui iudicium minatur &
latet: terrores peccatoribus intentat, & tamen adhuc sustinet:
& idcirco citius venire differt, ut minus inveniat quod con-
demnet. Puniamus ergo sibi culpas, & præveniamus, fa-
ciem ejus in confessione. Voluptatum nos fallacia nulla decipiat,
nulla vana lætitia seducat. In proximo namque est iudex, qui
dixit: Væ vobis, qui ridetis nunc; quia lugebitis & flebitis.
Risus dolore miscetur, & extrema gaudii læticia occupa-
bit.

Hæc considerans Anselmus & altum suspirans: O an-
gustia! inquit, hinc erunt accusantia peccata, inde terreni
iustitia, subitus patens inferni horridum chaos, desuper iratus
iudex, intus arens conscientia, foris imminens gladius, unde-
quaque terrenis sententia. Si iustus vis salvetur, & ego pec-
cator, sic depressus & confictus in quam partem me vertam?
Ubi latebo? Ubi apparebo? Latere erit impossibile; apparere
intolerabile. Quid dormitas anima tepida, & digna evomis?
Qui non exspertus, qui non tremis ad tantum tonitruum, non
dormis, sed mortuus es.

§. III.

Ad mitigandum tremendi huius iudicii metum
saluberrimè Christus monuit: Facite vobis amicos, Luc. c. 16.
Hoc ipsius iudicis consilium est utique profuturum. Quod se-
quenter narratione confirmamus.

Fuit Romæ vir primarius, delictorum & auri dives,
minus virtutum. Nomen ei Andreas. Vitam hic egisse
lutiorem; animam oneri, corpus voluptati habuit, nec
intutum censuit spatiosam & æternam ad æternitatem e. 35. apud
viam insisteret. Ita parum in eo religionis, vanitatis plu-
rum fuit. Nec tamen celum aut cœleses odisse voluit.
Illud in eo singulare: Beato martyri Cæsario devotissi-
mus exiit, cuius & templum accessu crebro ac donis rursus mar-
frequentavit. Amicum sibi velignatus conciliavit. In-
terea mortem quam horrebat & fugebat, delictis, ut
fit, atque voluptatibus advocabat. Moritur, nec tamen
sine omni poenitentis animi signo. Cadaver flendum
& plangentium amicorum tristis obsequio ambiebat,
patrioque more vestiebatur ad tumulum. Dum igitur
funus in feretro expectat, dum solitis excubiis circa
ipsum vigilar, nocte jam adultæ capulus moveri, mor-
tuis caput è sandapilâ extollere, in omnem partem
circumspicere, & redditam sibi vitam ostendere; quot
quot aderant terreri, plerique fugere, prudentiores pro-
pius accedere, cadaverosum hominem diligenter in-
spicere, alloqui demum & sciscitari caperunt, verene
viveret, num à mortuis rediret, an verò (quod magis
suspicebantur) ob productus animi deliquium pro
mortuo habitus intentum oculos fefellisset, & læta-
tem vitam retinisset. At ille ab imo suspirans: Verè,
inquit, è vivis excessi; jamque inter supplicia æstua-
rem, nisi iudicis insignior amicus, mihi singularis patro-
nus exiisset, martyre Cæsario. Hic certatim omnes
avidissimè querere instituerunt: Ubi fuisset, quid vi-
disset, quid inter mortuos audisset, quomodo ad vi-
vos redisset? Acervatis ille questionibus ita respondit:
Ejectus è corpore ad terribile ac nimis pavendum
Christi Tribunal, rapiebat. Hunc iudicem multa An-
gelorum militia stipabant. Ego conscientie vulneribus
deformis reus & supplex, nec liberioem quidem oculum
audebam tollere, supremam iudicis sententiam au-
diturus, inexplicabili pavore quatiebat. Adstant ju-
dicii ministri demones, prædè inhiantes, ad omnem
nutum attentissimi. Mihi credere, non dici, non scribi,
sed nec satis cogitari potest, illius horulæ pavor, cala-
mitas, horror, angor & discredians trepidatio, non
centum

In vitâ S.
Amoris Ar-
chiepiscopi
Colon. l. 1.
intutum censuit
e. 35. apud
viam insisteret.
6. die 4.
Decemb.
B. Cæsari-
us exiit, cuius
templum accessu
crebro ac donis
rursus mar-
frequentavit.
In-
terea mortem
quam horrebat
& fugebat, delictis,
ut fit, atque
voluptatibus
advocabat. Mo-
ritur, nec tamen
sine omni poeni-
tentis animi
signo. Cadaver
flendum &
plangentium
amicorum tristi
obsequio ambie-
batur, patrioque
more vestiebat-
ur ad tumulum.
Dum igitur
funus in feretro
expectat, dum
solitis excubiis
circa ipsum vi-
gilar, nocte jam
adultæ capulus
moveri, mortuis
caput è sanda-
pilâ extollere,
in omnem partem
circumspicere,
& redditam sibi
vitam ostendere;
quot quot ad-
erant terreri,
plerique fugere,
prudentiores
propius accedere,
cadaverosum
hominem diligen-
ter inspicere,
alloqui demum
& sciscitari ca-
perunt, verene
viveret, num à
mortuis rediret,
an verò (quod
magis suspi-
cebantur) ob
productus animi
deliquium pro
mortuo habitus
intentum oculos
fefellisset, &
lætiam vitam
retinisset. At
ille ab imo sus-
pirans: Verè,
inquit, è vivis
excessi; jamque
inter supplicia
æstua rem, nisi
iudicis insignior
amicus, mihi
singularis patro-
nus exiisset, ma-
rytre Cæsario.
Hic certatim
omnes avidissi-
mè querere in-
stituerunt: Ubi
fuisset, quid vi-
disset, quid
inter mortuos
audisset, quomo-
do ad vivos
redisset? Acervatis
ille questionibus
ita respondit:
Ejectus è corpore
ad terribile ac
nimis pavendum
Christi Tribunal,
rapiebat. Hunc
iudicem multa
Angelorum mil-
lita stipabant.
Ego conscientie
vulneribus de-
formis reus &
supplex, nec li-
berioem quidem
oculum audebam
tollere, supremam
iudicis sententiam
auditus, inexplicabi-
li pavore quatie-
bat. Adstant ju-
dicii ministri
demones, prædè
inhiantes, ad om-
nem nutum atten-
tissimi. Mihi cre-
dere, non dici,
non scribi, sed
nec satis cogitari
potest, illius ho-
rulæ pavor, cala-
mitas, horror,
angor & discredians
trepidatio, non
centum

centum linguis divini Tribunalis equitatem exactissimam describere. Dum igitur paveo, & decretum ultimum expecto, Cæsarius martyr Matre iudicis, & Apostolorum collegio favente, ante Christum Dominum procumbens, suorumque vulnerum illustria stigmata commonstrans: Iudex clementissime, agebat, hæc ego vulnera pro honore tui nominis excepi, hos oculos ego, has manus, hoc pectus, hoc omne corpus pro te impendi, tormentis plura obiecturus membra, si plura mihi fuissent corpora. Nunc veniam precor huic reo & supplici, qui meis se patrociniiis totum commisit.

Quod Cæsarius martyr, hoc & mater Dei ceterique cæleses rogarunt. Annuit benignus iudex deprecatoribus tam copiosis, & sententiā in aliud tempus dilata, me venia ac vitæ securum, ad corpus redire iussit: En adsum vestro bono, ut certiore jam fide & ardentioribus studiis divino vos tribunalis præparetis. Videte, ut cum Deo solliciti ambuletis: Proximè janam expectat Iudex, cui ratio reddenda est de omnibus etiam cogitationibus. Dixit & in feretro se componens è vitā denuo discessit.

Quapropter, o Christiani, iudicis ipsius monitu: Facite vobis amicos; obsequiis patronos conciliate, iudicem muneribus, quibus affici solet, delinite, toto animo, ac omni studio in salutis curam incumbite, hoc unum omnibus negotium anteponite. In proximo stat Iudex; jamjam aderit, parate vos, & in excubiis stete; hodiernā vel crastinā poscetur ratio.

§. IV.

Rationes porro faciles ac expeditas facit; severum Dei iudicium supra modum mitigat, si iudicandus neminem, dum viveret, iudicavit.

Quod alibi testatissima fide narramus, hic paullo explicatius in memoriam reducimur. Vixerat olim inter cœnobitas homo veste quidem religiosus, sed animo profanus, tantò negligentior, quantò sui amantior. Deductus ad vitæ metam, in foribus adesse mortem sensit, nec tamen ad tam invisi hospitis adventum agri- moniæ aut pavoris quidquam præ se ferebat: Sereno ac hilari vultu operiebatur ultimos mortis insultus. Hæc nimia sui securitas, ut videbatur, religiosam familiam omnem sollicitudine non levi perculit. Nemo non malè metuebat homini, ne vitam, quam inter torporem exegisset, eodem clauderet epilogo, & ita suo histeretur iudici planè imparatus ad reddendam rationem. Igitur familie præses id esse sui muneris ratus hominem impendentis iudicii liberè monere: Oro te, frater, inquit, vicinum vitæ finem & Tribunal Christi cogita; reddenda ratio de dictis, factis, imò & cogitatis omnibus, audienda est sententiā in omne sæculum immutabilis, momentum hoc excipit Aeternitas. Fortasse vitam egimus solutiorem, & dies optimos malè consumpsimus? Nunc igitur poenitentia & lacrymis contractas noxas eluamus. Modicum diei superest; respicamus, dum licet, & quàm possumus, contentissimè ad cælum ambulemus, ne nox æterna nos comprehendat. Et esto videatur quis sibi vixisse integerrimè, quia tamen ab humanis divina iudicia sunt longè diversissima, idcirco cum metu & tremore quod sapius præcipitur, nostram salutem operemur, idque tantò ardentius quantò contractus est vitæ spatium.

Effeminus ingredi in illam requiem. Cacodæmones nunquam minus feriuntur, quàm cum ad finem decurrit vita, hic omnes explicant conatus, ut à celesti tramite nos avertant. Quare, obsecro, mi optime frater, ad iudicium tam propinquum, quantū potes sollicitudine te para. A supremo haliu salus æterna pendet.

Audiat hæc patienti silentio moribundus; debili de-

A mum voce: Fui, ait, mi Pater, fui, non nego, religionis negligens, & cessator in plurimis; disciplinam severiorem minimè amavi. Doleo, & veniam peto. Ne tamen admirandam Dei clementiam in me cœlem: En paullo ante duo venustissimi vultus juvenes hic a dferunt, qui omnium meorum delictorum syngrapham monstrantes quaesierunt: num faterer hæc esse mea? Fateor, agebam, & deprecor. Sed unicum scio subfidium, quod in supremo Tribunali causæ meæ favet: Ex quo familiam hanc ingressus divinis servitiis me addixi, quantū meminisse licet, neminem unquam iur dicavi, nec ullius injuriæ recordari volui. In cæteris iudiciis, fatentem habetis reum. Sed obsecro propugnet pro me verba Domini Jesu, qui dixit: Nolite iudicare, & non iudicabimini: Nolite condemnare, & non condemnabimini: Dimittite, & dimittimini.

Bis auditis illi juvenes noxarum mearum syngrapham lacerarunt. Hinc ego non immerito lætus ac hilaris & fiducia plenissimus, ad Christum iudicem proficiscor. Expuncta sunt tot nomina. Ad arcanum illud Tribunal mecum defero, chiographum iudicis & promissum: Nolite iudicare & non iudicabimini. Utiq; con- venta pacta non rescindit ipsa veritas. Promissis Domini fido. Hæc ubi moribundus dixit, Domino, inquit Anastasius, in pace spiritum reddidit, magnæque adstantibus ædificationis utilitatis causa & auctor obitit.

C Per Deum obtestor, videte, quanti momenti sit ad emerendos summi iudicis favores, neminem iudicare, partes iudicis in mortalium nullum sibi sumere. Ater- na veritatis pollicitatio est: Non iudicabitur qui non iudicat, non condemnabitur, qui non condemnat. Vis missi mea pro iudice largitorem & patrem cernere? Non iudica- non condemna. Nobilissimum est sacrificium, & Deo præ omni hecatombe gratissimum, Neminem unquam studio turbare, aut ledere.

Cujus rei specimen sub mortem Pericles Athenien- sium Imperator expresse. Cum enim ad moribundile- tulum diversas victorias ab eo partas enumerarent amici, voces eorum Pericles excipiens: Vana, inquit, commemoratis. Hoc autem conscientiam ad hilaritatem tra- ducit, quod nemo civium meorum unquam meâ operâ ve- stem acram induerit.

Factum bonum, & Christiano dignissimum. Hoc iras nostri iudicis componit: Ex destinato nullum un- quam dolore confundere. Nimirum in quo iudicio ju- dicaverimus, iudicabimur, & in quâ mensurâ mensi fue- rimus, remetietur nobis. Nos ipsos igitur iudicemus.

§. V.

Hoc age, mi Christiane, & vide ut in teipsum quamplurimum possis; tibi impera, te vince, te iudica. Quidquid observaveris in te, quod à iudice venturo reprehendi possit, ad puniri, tu ipse jam punias & reprehendas. Quemadmodum nullus capillus sine umbra est, ita nullus peccati nævulus sine pœnâ. Quidquid noxarum est, inultum aut impunitum non transit supremus iudex. Suas etiam animadversiones ha- bent & multas labecule vel minime. Nam aut homine puniente, aut Deo iudicante plectuntur. Nihil mali sit impunè. Quod si nos ipsos dijudicaverimus, inquit Paulus, non utique iudicabimur.

Mauritius Imperator, cùm secundum quietem si- bi videretur ad iudicem raptari, & ab eo interrogari: Ubi vis te puniam? hic, an in futuro sæculo? Mox ille supplex: O amator hominum, exclamat, Hicpo- tius, hic puniar, quàm in sæculo futuro. Prolatum continuò decretum: Mauritius & Constantina con- iux cum liberis tradantur Phocæ militi. Factum. Cùm- que jam Mauritius suos quinque filios & conjugem Imperator in oculis suis jugulari cerneret, ad singulorum sup- maluit in plicia

Gloria Pe- riclis in extremis.

Matt. 6. 7. v. 2.

1. Cor. 11. v. 31.

Eutrop. 1. 17. v. 10.

Zonaras 10. v. 31.

Mox 3. Annal. 10. v. 10.

Mauritio. v. 10.

Nicophor. 1. v. 10.

Alii. v. 10.

Mauritius v. 10.

que jam v. 10.

Mauritius v. 10.

que jam v. 10.

Mauritius v. 10.

que jam v. 10.

Mauritius v. 10.

que jam v. 10.

Mauritius v. 10.

que jam v. 10.

Mauritius v. 10.

que jam v. 10.

hac quàm plia proclamavit: *Iustus es, Domine, & rectum judi-* A
in alterâ *cium tuum.* Et ipse demum jam sexies in suis mortuus,
vitâ puniri. *cervices ferro præbuit, postquam divini judicii acqui-*

Dijudicavit seipsum hic Imperator, ne judicaretur. Ita praeveniendus est iudex, qui tanto mitius in nos pronuntiabit, quanto in seipsum quisque strictius animadverterit.

animaverit.

Illud singularissimè observandum, par esse omnino, ut in omni afflictione ac calamitate regnum illud assidue usurpemus: *Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum.* Quidquid ex alto in nos statuat Deus iudicium & iustitia Dei agnoscenda, & laudibus extollenda. Amissa est pecunia, ereptæ sunt opes? *Iustus es Domine.* Fama obreductionibus immunita, honor negatus, nota turpitudinis est inusta? *Iustus es Domine.* Domus est incensa, agri grandine jugulati, vineæ verberatæ ac contusæ? *Iustus es Domine.* Parentes, liberi, amicorum, aut patronorum optimi sunt extincti? *Iustus es Domine.* Pauperum vellicæ, morbos infestat, curæ ac sollicitudines exagitant, luctus & moeror fodicant, simulatres & inimicitie conturbant? *Iustus es Domine.* Undique adversa ingruunt, consilii & auxilii vix quidquam est solatum omne subtrahitur? *Iustus es Domine;* rectum, rectissimum est iudicium tuum. Hæc, & centies plura & acerbiora commeruimus.

Ita omnino, ita divini iudicii Majestas & Equitas est adoranda. Potentissimus regum Affluens, cum Eithem ad se ingressam cerneret, extendit contra eam virgam auream, quam tenebat manu. *Que accedens osculata est summitatem virgæ eius.*

Discamus nos aulæ mores. Judicium supremum judex, suam quandoque virgam contra nos extendit; adversus nos tangit, clade ferit, mœrore stringit. Nos nisi agrestes, inurbani, & motibus plane incultis sumus, osculabimur regis supremi virgam, & ejus justissimis, quantumvis oculis judicis, patientissimè nos submittemus, illud idem ingeminando: Justus es Domine; rectum & sine omni fallacia, & errorum est judicium.

§. VI.

Perveniamus ergo iudicem, & ad reddendam rationem nos comparemus: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, & referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum. Tunc ergo inquit Augustinus, non silebit, sed apparebit. Ideo dictum est; Deus manifeste veniet, Deus noster, & non silebit. Modo autem dicit illud Lector de codice, & conueniunt. Dicit illud de tuo fructuator, aut dissipator Episcopus, & irridetur. Nunquid sic irrideri habet, quando ab ipso iudice potentissimo dicitur? Unusquisque recipit quod fecit, sive bonum, sive malum. Tunc dicitur sunt homines feraci & infruaturos a penitentia: O si possent iterum vivere, & quod contempsimus, audire & facere! Videris quia poenitebit eos: sed ista poenitentia cruciabilis, non sanabilis. Vis habere utilem poenitentiam? Modo habe. Si enim modo habueris, corrigeris. Ergo opus est, ut convertaris, ne differendo subito moriaris, & omnino nihil inueniatur quod in presentibus habeas, & in futuro possideas.

*Tom. 1. l. 5.
epist. 15.
initio mihi
14g. 227.*

Arduini, inquit, genere clarus, famose prudentie,
divitiis opulentus, certâ mihi devotione sponderat,
se decennio saltem exacto, si citius non possit, in di-
vi Vincentii cœnobio reliquum vitæ in divinis servi-
tiis traditurum. Post evolutum decennium, quod

dicta pactione terminus fuit, hominem ego non monere solum, sed exactor assiduus urgere, capi & statim promissis, fidem suam liberaret, & ad futurum sese iudicium disponderet. At ille miti verborum dulcedinem suam magnam facere, cunctari tamen & cedere, remque tam seriam amica tergiversatione in aliud tempus differre. Morbus & mors non distulere. Habuit autem Arduinus in eâ cunctatione faventem sibi monasterii præsidem, qui suæ familie consultius iudicabat, tam insignem beneficentem non subito rebus omnibus spoliari, quo diutius largiri posset. Interea morbus Arduinum corripit: decumbit, officium hominis Christiani facit, Confessionis mysterium obit, egenis multa tribuit, omnia, ut videbatur, ad felicem obitum rite componit. Cingebat ægrotantis lectulum affines & cognati. Votum omnium erat, & Arduini longior vita. Hos ille humaniter coercens: Quæso vos, inquit, si rite amatis, non mihi prolixiorē vitam, sed beatum B exitum à Deo postulate. Mors annuit, & migrare non recusantem ad iudicium transmisit.

Quis, obsecro, hunc virum non dixisset ad reddendam rationem paratissimū à vitā discessisse? Heu quàm longè sunt alia Dei, & alia hominum judicialia!

Alquanto tempore post obitum suum, hic ipse Arduinus Abbati ad sanctum Vincentium in quiete visus est à fratribus ad Tribunal acripi judicandas. Hic Abbas velut transeuntem interrogans : Heus Arduine, inquit, fige pedem & dic, quo loco res tuae sunt? Num admittis eis ad gloriam & gaudia? Huic voce flebili Arduinus: Cur, ait, de gloria quaris? qui jugibus poenis afficitur, & nec ad momentum quidem permittitur respirare.

Subjungit hîc Damianus: Ubi sollertèr attendendum, inquit, quàm recta sit lînea divinæ justitiæ; imò quàm artifex apud Deum mensura vindictę. Ille, dum viveret sanctiorem vitam & promittebat & differebat.

C O dilationem ad honesta semper noxiam! Nunquam non obfuit emendatores mores diftuliffe. O quantuncunq; , & procrastinando ad Inferos descendunt, qui ad calum evolvant, si recte cogitata differre noluiſſent. Ahelias celum? dilationes amputa: fac hodie, fac jam, quod ſanctè ſtatuiſſis faciendum: Tribunal hodie præmeditare, cras forſan judicandus. Inter moras beatitudo elabatur.

§. VII.

Augustinus in dilationes tam noxias vobis ac ca-
lamis frequenter & acriter pugnant: Vocat Deus
undique ad correctionem, inquit, vocat undique ad peni-
tentiam, vocat beneficiis creatura, vocat impiendo tem-
pus vivendi, vocat per lectorem, vocat per tractorem, vocat
per intimam cogitationem, vocat per flagellum correptionis,
vocat per misericordiam consolationis. Quod tibi parit,
putas. Quia places ei? Hec fecisti, inquit, & tacui. Non mi-
hi placent peccata, sed longanimitate quero recte facta. Si
puniremur peccatores, non inveniremur confessores. Ergo te Deus
longanimitate sua parcendo ad penitentiam adducit. Tu autem
quotidie dicis, finitur hodiernus dies, & sic ero & cras-
tino die, & tertio die, non enim cras erit ultimus. Et subito
venit illa illius. Fratres non tardetis converti ad Dominum:
Sunt enim qui preparant conversionem & discurrunt, & sic
in illis vox corvina, cras, cras. Corvus de arca missus, non est
reverfus. Non querit Deus dilationem in voce corvina, sed
confessionem in gemitu columbino. Missa columba reverfa est.
Quam diu cras, cras? Observa ultimum cras, quia ignoras
quod sit ultimum cras. Sufficiat quod vixisti usque ad ho-
diernum peccator. Audisti. Sape soles audire, audisti & ho-
die: quam quotidie audis, tam quotidie non corrigis. Tu enim
secundum duritiam cordis tui, & cor impenitens thesau-
rizas tibi iram in die ire, & revelationis iusti judicii
Dei, qui reddet unicuique secundum opera sua. Non
sic tibi

De damnatorum rogo Caput I.

145

sic tibi videatur Deus misericors, ut non videatur & iustus. Sic misericors & longanimis est, ut sit & verax. Nomen expecteris iustum, quem contempsisti benignum?

Revera, quod capitis initio monuimus, Nugandi tempus jam non est. Paulò post ad Tribunal Christi stabimus Aeternitatis rei. Felix qui loqui poterit ex preparato. Bernardus planè fidelis monitor, iudicii turbis incursum ad scopulum velut digito monstrans:

Bernard.
epist. 1. milt.
pag. 1412.

Veniet, inquit, veniet dies iudicii: ubi plus valebunt pura corda, quam astuta verba, plus conscientia bona, quam malsupia plena: quandoquidem iudex ille nec fallitur verbis, nec flectitur donis. Quid faciet de iniustus iudicis, qui ipsas quoque iustitias iudicabit. Nec procul est hic iudex: Et tibi, mi Lector, & mihi proximus est. Gregorius disertè:

Gregor.
hom. 13. in
Evang.

Venit Dominus, inquit, cum ad iudicium properat: pulsat verd, cum per agnitum molestias mortem vicinam esse designat. Ergo, quicunque vivitis, hodiernam forsan aut crastinam vel à morbo vel à morte prosternendi, scitote, quia prope est in januis: jam lanceo pede insperit iudex; furtim, ut ipsemet pramonuit, se foribus admovebit, jam aderit. Nugandi tempus jam non est.

Mat. c. 24.
vers. 33.

Pelagius, Græcus interpret narrat à religioso senevisum aliquem paulò liberius ridentem. Hunc senex

A vultu severo, & voce grandi velut in piaculo deprehensum corripit: *Coram cali & terra Domino, inquit, Pelagius rationem totius vite nostre reddituri sumus, & tu rides?* bell. 3. n. 23. Quàntò rectius nos dixerimus: Brevi coram supremo iudice comparandum erit, deque omnibus vite annis ratio reddenda, & tu helluaris, & tu furaris, & tu scortaris impiè? Propinquum tibi iudicem non vides, non audis? At ille profectò te videt & audit, non loquentem solum & agentem, sed & cogitantem.

Et ut scias, hic ipse iudex est, qui potestatem habet, & animam & corpus perdere in gehennam. Vis, inquit Paulus, non timere potestatem? bonum fac. Si autem malum feceris, time: non enim sine causa portat gladium. Gladius iudicii in manu Christi est. Mat. c. 10. vers. 28. Rom. cap. 13. v. 3. & seq.

Timete & fugite, dum liber, à facie gladii. Beatus Fulgentius Fulgentius optimè ratiocinatur: Si sanguinarius Hero- Epiphanià des timuit infantiam in fœno cubantis, quantò magis timere debemus omnipotentiam iudicantis. Ergo quod Hebræus psalmes ac Hussæus Princeps contentissimè loquitur, qui clamant ac monent: Nolite iniquè agere, nolite exaltare peccat & cornu, nolite loqui adversus Deum iniquitatem. Fugite à facie iniqua com- gladii, quoniam ultor iniquitatum gladius est: & scitote esse mittit. iudicium. QVONIAM DEVS IVDEx EST. Psal. 74. v. 5. & 6. Job cap. 19. vers. 29.

Finis Tribunalis Christi.

IN FERNVS DAMNATORVM CARCER ET ROGVS.

CAPVT PRIMVM

Quò liber hic collineet; & instructio Lectori.

Philo, lib. de
Migratione
Abraham,
initio.
Erl. de som-
niis, post
mediana.



Ruditè dixit Philo Judæus: Domus Dei, cogitatio sapientis. Hanc domum aeterna Sapientia subit, hanc habitat, in hac suaviter recumbit. Videre, loqui, audire, scribere, humanæ quidem actiones sunt, non tamen animantibus brutis penitus negatæ. Audiunt

Cogitare
ac ratiocinari
solum
hominis
est.

& fera, vidèntque, & eo quædam hominem vincunt. Jumenta quoque memorantur locuta. Scriptioni similium quid, elephantis præsertim, tribuitur. Cogitare ac ratiocinari, solius hominis est. Puris ac sanctis hominum cogitationibus interest Deus, & velut suâ se domo continet. Atque hinc eruditum Philonis dictum: Domus Dei, cogitatio sapientis.

Quid ab
homine
cogitan-
dum.
2. 76. v. 6.

Quid porro post hominis conditorem, dignissimum sit ab homine cogitari, variè discipulari potest. Solymæus rex David in disceptationis partem veniens: Cogitari ait, dies antiquos, & annos aeternos in mente habui. Cogitatio proflus utilissima; digna homine, digna Deo. Amplissimum hic cogitandi stadium patet, quod nemo unquam emensus est cogitando. Finis hic quæri potest, inveniri non potest. Aeternitas finem nescit, terminos ignorat, metâ nullâ clauditur. Aeternitas cogitari dignissima.

Aeternitatem in se spectandam ante decennium pro-

Tom. I.

C posuimus. Restat, Aeternitatem tam beatorum, quam damnatorum cogitandam demus. Cogitandam, ajo, & alto pectore pertractandam. Parum est de illâ loqui, audire, scribere. Hæc superficiem radunt: penetrandum est altius, & intimis animi medullis reponenda æternitas. Proinde hoc quidem capite, unum istud explicabimus; Quò isthæc de damnatorum æternitate scriptio collineet.

§. I.

Romanus Sapiens amicè cum Lucilio suo exposulat, & Quo modo molestus est, inquit, iucundum somnium videnti, qui excitat: aufert enim voluptatem, etiam si Aeternitatis falsam, effectum tamen vera habuerim: sic epistola tua mihi descriptio. Sen. ep. 102.

fecit injuriam. Revocavit enim me cogitationi apta traditum, & iterum, si licuisset, ulterius. Iuvabat de Aeternitate animarum quærere, imò me hercule credere. Credebam enim facile opinionibus magnorum virorum. Dabam me spei tantæ: jam eram fastidio mihi, jam reliquis ætatis infracta contemnebam, in immensum illud tempus, & in possessionem omnis ævi transi- turus. Cum subito expectatus sum epistolâ tuâ acceptâ, & tam bellum somnium perdedi. Quod repetam, si te dimiserò, & redimam.

Hic ego panè in eam sententiam descendendo, quam mihi scriptor præfatus suggerit. Flavius Lucius Dexter Barcinonensis, Orientalis Imperii præfectus prætorio, & beato Hieronymo amicissimus, Chronicon litteris consignavit. In eo ad annum Servatoris Christi sexagesimum quartum, de verbo hæc exprobrat: Lucius Augustinus Cordubensis, Hispanus, missus ultro citroque ad sanctum Paulum litteris, de Christianâ re bene sensit, satisf-

que